Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



& lapidib; disputat; adquorũ notitiam di
ligens nobis mittendus. ē. lector; porro
sm machi inter praelatio istum principũ
tyri quasi pretiosissimũ monile lapidib;
scribit esse distinctũ; deniq; auri tympanũ
uocat inquo infixi sint lapides; unde & iuxta
haebraicum sequitur, aurũ opus decoristui
& foramina tua indie quacondtus es prae
parata sunt; pro quo posuere septuaginta
auro replesti thesauros tuos & apothecas
tuas adsensũ mentēq; referentes: ut cogita
tio eius diuinis patuerit sacramentis, & con
gregauerit sibi diuitias spiritales. de quibus
dnus praecepit; thesauri gate uob thesauros
in caelo ubi neque tinea neq; uermis daemo
liuntur nec fures suffodiunt & furantur;
ubi est enim thesaurus tuus ibi est & cor tuũ.
Iste est thesaurus abscondtus. de quo & euan
geliũ loquitur. Simile est regnũ caelorũ
thesauro abscondito in agro quemqui
inuenerit abscondit & prae gaudio suo ua
dit & uendit omã quae habet & emit agrũ
illum. apothecę aut sunt siue horrea.